

MASS PROPER: JUNE 21, ST. ALOYSIUS GONZAGA, CONFESSOR

MASS *Minuisti* (white)

INTROIT Psalms 8: 6

Minuisti eum paulo minus ab Ángelis: glória et honóre coronásti eum. (Ps. 148: 2) Laudáte Dóminum, omnes Angeli ejus: laudáte eum, omnes virtútes ejus. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Minuisti eum paulo minus ab Ángelis: glória et honóre coronásti eum.

Thou hast made him a little less than the Angels: Thou hast crowned him with glory and honor. (Ps. 148: 2) Praise ye the Lord, all His Angels: praise ye Him, all His hosts. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thou hast made him a little less than the Angels: Thou hast crowned him with glory and honor.

COLLECT

Cæléstium donórum distribútor, Deus, qui in angélico júvene Aloísio miram vitæ innocéntiam pari cum pœniténtia sociásti: ejus méritis et précibus concéde; ut, innocéntem non secúti, pœniténtem imitémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O God, the dispenser of Heavenly gifts, Who in the angelic youth Aloysius didst combine wonderful innocence of life with penance, grant by his merits and prayers that we, who have not followed him in innocence, may imitate his penance. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

LESSON Ecclesiasticus 31: 8-11

Beátus vir, qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est, erit illi glória æténa: qui pótuit tránsgrèdi, et non est tránsgréssus: fácere mala, et non fecit: ideo stabilíta sunt bona illius in Dómino.

Blessed is the man that is found without blemish, and that hath not gone after gold, nor put his trust in money nor in treasures. Who is he, and we will praise him? for he hath done wonderful things in his life. Who hath been tried thereby, and made perfect, he shall have glory everlasting: he that could have transgressed, and hath not transgressed: and could do evil things, and hath not done them: therefore are his goods established in the Lord.

GRADUAL Psalms 70: 5-6

Dómine, spes mea a juventúte mea: in te confirmátus sum ex útero: de ventre matris meæ tu es protéctor meus.

My hope, O Lord, from my youth: by Thee have I been confirmed from the womb; from my mother's womb Thou

(Ps. 40: 13) Me autem propter innocéntiam suscepisti: et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

LESSER ALLELUIA Psalms 64: 5

Allelúja, allelúja. Beátus, quem elegísti et assumpsísti: inhabitábit in átriis tuis. Allelúja.

GOSPEL Matthew 22: 29-40

In illo témpore: Respóndens Jesus, ait sadducæis: Errátis, nesciéntes Scriptúras neque virtútem Dei. In resurreccióné enim neque nubent neque nubéntur: sed erunt sicut Ángeli Dei in cælo. De resurreccióné autem mortuórum non legístis, quod dictum est a Deo dicénte vobis: Ego sum Deus Ábraham et Deus Isaac et Deus Jacob? Non est Deus mortuórum, sed vivéntium. Et audiéntes turbæ, mirabántur in doctrína ejus. Pharisæi autem audiéntes, quod siléntium imposuísset sadducæis, convenérunt in unum: et interrogávit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: Magíster, quod est mandátum magnum in lege? Ait illi Jesus: Díliges Dóminum, Deum tuum, ex toto corde tuo, et in tota ánima tua, et in tota mente tua. Hoc est máximum et primum mandátum. Secúndum autem símile est huic: Díliges próximum tuum, sicut teípsum. In his duóbus mandátis univérsa lex pendet et Prophétæ.

OFFERTORY Psalms 23: 3-4

Quis ascéndet in montem Dómini, aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens mánibus, et mundo corde.

SECRET

Cælésti convívio fac nos, Dómine, nuptiáli veste indútos accúmbere: quam beáti Aloísii pia præparátio et

art my protector. (Ps. 40: 13) But Thou hast upheld me by reason of my innocence, and hast established me in Thy sight forever.

Alleluia, Alleluia. Blessed is he whom Thou hast chosen, and taken to Thee: he shall dwell in Thy courts. Alleluia.

At that time, Jesus answering, said to the Sadducees: You err, not knowing the Scriptures, nor the power of God. For in the resurrection they shall neither marry nor be married: but shall be as Angels of God in heaven. And concerning the resurrection of the dead, have you not read that which was spoken by God, saying to you: I am the God of Abraham, and the God of Isaac, and the God of Jacob? He is not the God of the dead, but of the living. And the multitudes hearing it were in admiration of His doctrine. But the Pharisees, hearing that He had silenced the Sadducee s, came together: and one of them, a doctor of the law, asked Him, tempting Him: Master, which is the great commandment of the law? Jesus said to him: Thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart, and with thy whole mind. This is the greatest and the first commandment. And the second is like to this: Thou shalt love thy neighbor as thyself. Of these two commandments dependeth the whole law and the prophets.

Who shall ascend into the mountain of the Lord? Or who shall stand in His holy place? The innocent in hands, and clean of heart.

Make us, O Lord, to sit down to Thy Heavenly banquet clothed in the wedding garment which the pious

juges lácrimæ inæstimábilibus ornábant margarítis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalms 77: 24-25

Panem cæli dedit eis: panem Angelórum manducávit homo.

POSTCOMMUNION

Angelórum esca nutritos, angélicis étiam, Dómine, da móribus vivere: et ejus, quem hódie cólimus, exémplo in gratiárum semper actióne manére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

preparation and constant tears of blessed Aloysius adorned with priceless pearls. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

He gave them the bread of Heaven: man ate the bread of Angels.

Grant, O Lord, that we who have been fed with the food of Angels, may also live the lives of Angels: and after the example of him whom we honor this day, always continue to give thanks unto Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.